De refectione quatuor milium hominum. Capi. LXXXXI.

Einde aſcendẽs ihs in montem et deſertum locuꝫ. et ſedebat ibi ad quieſcendũ. et acceſſerũt ad eũ turbe multe. qꝛ de multis ciuitatibꝫ et caſtellis et villis venerãt ad impetrandum ſanatõnem infirmoꝝ. hñtes ſecũ mutos. claudos. cecos. ac debiles. et alios multos infirmos. qđ addit euãgeliſta ad includendũ oĩa infirmitatũ genera. q̃ hic nõ ſunt noĩata. et ꝓiecerũt eos ad pedes ihu. vt fidẽ ⁊ deuotõem nõ ſolũ verbo ſed et facto oñderent. Felices pedes ihu. vbi pctã purganť. vt ibi ſtans retro ſecus pedes ihu. vbi morbi curãtur. vt hic. vbi verba ſcẽa diſcuntur. vt ibi. q̃ ſedens ſecus pedes dñi. vbi gaudia renouãtur. vt ibi. acceſſerť ⁊ tenuerũt pedes eius. Et curauit eos ſolo verbo. Jlle eñ ſolo verbo poterat curare. qui totũ mundũ ſolo verbo de nihilo potuit creare. ita vt turbe mirarenť. vidẽtes oñs ſanatos. et glĩficabant deũ iſrl. qꝛ (ſm Criſ.) multitudo eoꝝ qui curabãtur. et facilitas ſanatõnis eos in ſtuporem mittebat. Hic eñ in quodã generali multiplicãt multa miracula et diuerſoꝝ generꝝ. que ꝓpẽ multitudinẽ in ꝑticulari deſcribi nõ poterant qꝛ ſi in ꝑticulari explicarenť. vnũ magnum librum implerẽt. ꝓpter qđ dicit iohes. q̄ ſi oñia facta xp̃i eſſent ſcripta: totus mũdus nõ poſſet capere libros qui ſcribendi eſſent. Ponit ḡ hic multiplicitatẽ infirmoꝝ. et ſpãliter tãgit quatuor. ſ. mutos. claudos. cecos. et debiles. Spũaliter mutos habemus ex defectu boni ſmonis. claudos ex defectu boni opis. cecos ex defectu vere ↄgnitõis. debiles ex defectu bone volũtatis. Et notandũ q̄ ſm Origeñ. ꝑmo ẽ debilitas in volũtate. deinde ſequiť cecitas in rõne. ⁊ ſic claudicat in opatõe. ⁊ ex his ſeq̃ť mutitas a diuĩa laude: ſꝫ hic ordinãť ſm magtudinẽ nocumenti. Vbi glo. Muti aũt ſunt qui nõ laudant deum. Ceci. qui nõ intelligũt viã vite. Claudi. qui ꝑ deuia boni opis et ñ recte eũtes. Debiles ſũt. qui infirmi ſunt in bonis opibꝫ. Mutos ḡ curat. cũ eoꝝ linguas in laudẽ ſui creatoris ſoluit. Cecos illumiãt. cũ ignorãtibꝫ ↄgnitõeꝫ ſue ſalutis infũdit. Claudos ſanat. cuꝫ in via iuſticie greſſus eoꝝ dirigit. Debiles fortificat. cum pigros et accidioſos opari bonũ viriliter facit Turbe ꝟo mirãtur et deũ glorificant. cũ ex talibꝫ mutatõnibꝫ que ſũt dextre excelſi deũ laudãt. Vbi ⁊ Raba. Aſcendit aũt in montẽ. vt. ſ. auditores ſuos erigat ad ſuꝑna et celeſtia meditãda. Sedebatq; ibi. vt demõſtraret non niſi in celeſtibꝫ requiẽ eſſe querendã. Eo aũt ſedente in monte. i. in celoꝝ arce. accedũt turbe fideliũ deuota mẽte illi appropinq̃ntes. ducẽtes ſecũ mutos et cecos ⁊ alios infirmos: eos ad pedes ihu ꝓijciunt. qꝛ pctã ↄfitentes ipi ſoli curãdos ſubijciũt. Quos ita curat vt turbe mirenť et magnificent deum iſrl. qꝛ fideles qñ viderint eos qui ſpũaliter egrotauerãt diuerſis operibꝫ virtutũ ditatos: laudẽ deo decantãt. Cum ḡ turba multa eſſet cũ ihu nec haberẽt qđ manducarẽt: ↄuocatis diſcipulis loquebať cum eis de hoc qđ facturus erat. ſm glo. prius xp̃c infirmoꝝ debilitates abſtulerat. poſtea ꝟo ſanatis: cibos offert. qꝛ prius remouẽda ſunt pctã. et poſtea aĩa verbis dei nutrienda. Voluit aũt dñs prius diſcipulos ↄuocare et cũ eis loqui: pluribꝫ de cauſis. Prima (ſm Hiero) vt mgr̃is tribuat exemplũ non ſemꝑ ſpernere cũ minoribꝫ ↄſiliari. et de agẽdis quãdoq; eos ↄſulere. Secũda (ſm eundem) vt ex collocutõne intelligant ſigni magnificẽtiam. Tertia vt oſtendatur magnitudo miſericordie ſue. que intrinſecus latere nõ potuit. Et ait illis. Miſereor ſuꝑ turbã. Ecce verbũ mire dulcedinis et amoris. ꝓcedens ex intimis cordis medullis. ⁊ ꝑtingẽs ſuo vigore vſq; ad intima nr̃a. Neq; eñ alius eſt qui noſtris miſerijs ſit ſic miſerator. quẽadmodum cõditor noſter. cuius miſeratõnes ſuꝑ oñia opa eius. Hoc verbũ dixit aplĩs. vt eorũ animos ad pietatẽ et miſericordiã induceret ⁊ inclinaret. ſm glo. cõpatitur vt verus homo: paſcit vt deus. Et ſubiũgitur rõ miſeratõis duplex. ſ. longanimitas. quia iam triduo ſuſtinẽt me: pro curatõne ſuoꝝ quos attulerũt expectãdo. et ꝑſeuerant mecũ me ſequendo. verba mea audiendo. miracula videndo. Alia ꝟo ratio miſerationis eſt neceſſitas. quia nõ habent quod mãducent. et tamẽ non ſolicitãtur. et ideo cõgruit eis ꝓuidere. Ex quo patet eoꝝ deuotio. ⁊ quãto ei adherebant deſiderio. audiẽtes ſuauem doctrinã. ↄtemplantes gĩoſam faciẽ. vidẽtes eius opa mirabilia ad que intantũ affitiebãtur. vt quaſi extra ſe rapti de alimonie defectu ſoliciti nõ eſſent. et ꝑ tres dies ad loca ꝓpa nõ redirent: manẽtes cum xp̃o in loco deſerto ⁊ ſub diuo ac ſine cibo. ſed nõ poterãt in victu deficere. qꝛ erãt cũ ihu ſaluatore. Cibaria quippe que ď domibꝫ ſuis apportauerãt iam ↄſũpta erãt. et in deſerto loco victũ acquirere nõ poterãt. et ideo prima die vel ſecũda hoc miraculuꝫ ñ fecit. tum qꝛ alimẽta adhuc habebãt. tum qꝛ miraculuꝫ magis apparuit. qñ eis victus oĩno defecit. Et ſi dimiſero eos ieiunos. ſic labore et fame affectos: defitiẽt in via. et ideo refectio ẽ eis neceſſaria. Tanta eſt creatoris virtus. q̄ ſi creaturã deſerẽt: oĩno deficeret. Quidã eñ ex eis de lõge venerũt. et a domibꝫ ſuis lõge diſtabãt. qui forte die ꝑcedẽti etiam paꝝ ↄmederãt Fama xp̃i a remotis diffuſa erat. ⁊ ideo multi de lõge venerant. Et dixerũt ei diſcipuli. Vnde iſtos poterit quis hic ſaturare panibꝫ in ſolitudine? Quaſi dicerẽt. locus ẽ deſertus ⁊ multuꝫ diſtãt ville. et iõ nõ poſſumus ꝑ hũanam ꝓuidentiã neceſſaria hr̃e. Ipi hoc infirma cogitatione dixerť. nõ eñ adhuc intelligebant. neq; ꝟtuti eius ꝓpẽ ꝑora miracula credebãt. Et interrogauit eos. Quot pães hẽtis? Nõ interrogauit dñs q̄ſi neſciens quid haberẽt: ſed ad hoc vt cũ

ſeptem reſponderent.quo pautiores panes di-
cerent.eo magis miraculum diffamarẽt ⁊ no-
tius fieret.et vt ex eoꝝ reſpõſione de modo ꝓui
deret. Qui dixerunt.ſeptem.quod erat q̃ſi nihil
reſpectu tante multitudinis.⁊ paucos piſcicu
los. non multos nec magnos.qꝛ pauci erãt in
numero et ꝑui in quãtitate. In quo apparet ſo-
brietas et tēꝑantia diſcipuloꝝ.quia nõ veſcebã-
tur carnibꝫ ſed piſcibꝫ.et illis non magnis ſed
ꝑuis ⁊ ipſis paucis. Om̃ia iſta dicũtur ad maio
rem declaratõem miraculi.ꝙ ex tã paruo cibo
potuerit tanta multitudo ſatiari. et hoc fuit ꝑ
multiplicatõem cibi in manibꝫ xp̃i. Et p̃cepit
turbe ſup terraꝫ diſcumbere. In alia paſtione
circa paſca herba ſup terram erat.nunc auteꝫ
iam herba defecerat.qꝛ(ſcd̃m Orig̃n)et plures
alios in hyeme.ſ.in die epiphanie hoc miracu-
lum factuꝫ eſt.quãdo et plura alia miracula ꝑ
dñm ſunt facta. Et accipiens ſeptem panes et
piſciculos. vt multiplicarẽtur ꝯtactu manuũ
beatarꝫ.et gr̃as agens.in quo dedit nobis exẽ-
plum gr̃arumactõnis:oſtẽdens nos differre a
beſtijs.vt cognoſcẽtes a quo et quid datᷣ gr̃as
patri luminũ referamus.a quo eſt omne datũ
optimũ et omne donum ꝑfectum:benedixit vt
bñdictione ſua creſcerent.⁊ fregit ꝑ minutias
ad diſtribuẽdum inter plures: ſed modo vnus
ſolus totum colligere conatur.qđ in om̃es in-
digentes a xp̃o frãgitur.⁊ dedit diſcipulis non
vt ſibi retinerent:ſed vt tanq̃ miniſtri diſtri-
buerent et turbe apponerẽt.et manducauerũt
quatuor milia hominũ abſq̃ mulieribꝫ et ꝑuu
lis.et ſaturati ſunt.nec mirũ quia bonum ꝓui-
ſorẽ habuerunt. De fragmentis q̃ꝫ reſiduis tu-
lerũt diſcipuli ſeptem ſportas plenas.vt darẽt
pauꝑibꝫ.in quo bñ appareꝫ eos fuiſſe ſaturatos
Ecce quantũ valet elemoſina et cõmunicatio
mutua.quia res diſtribute creſcũt et ſuꝑhabũ
dant.coaceruate ṽo putreſcũt et inopiã faciũt
Et dimiſit eos. Magna nanq̃ꝫ ſuauitate verbi
et ãmiratione vehemẽti virtutis.xp̃i detinebã
tur.ita(vt niſi xp̃o iubente)nõ rediret. Mi
ſtice hoc miraculo deſignatᷣ.ꝙ viam p̃ñtis.ali
ter incolumes trãſire nequimus.niſi nos gr̃a
redemptoris nr̃i:alimento ſuo miſericorditᷣ re
ficiat. Triduo aũt turba dñm ſuſtinet.qꝛ ter-
tium tempus ẽ quo fidei xp̃iane gr̃a data eſt.
Primũ tempus eſt ante legem.ſecundũ ſub le-
ge.tertium ſub gr̃a. Et quia reſtat quartuꝫ.q̃
ad celeſtem hieruſaleꝫ venturi ſumus. Dicit ſe
turbam reficere ne defitiant in via.in p̃ñti em̃
vita quaſi in via ſumus qua ad p̃riam ꝑgimus
Igitur ne fideles in via defitiãt.per prelatos ⁊
doctores pane eucharistie ⁊ doctrine paſcẽdi ſũt
quo ſeptiformis gr̃a ſpũſſancti augetur. Et qꝛ
ad hoc turba ſuſtinuerat dñm.vt infirmos ſa
naret.ideo ſi infirmitates tuas ſpũales vis ſa
nari:exemplo turbe ſuſtine dominum triduo.
vt primus dies ſit dolor ꝯtritionis.ſecũdus pu
dor ꝯfeſſionis.tertius labor ſatiſfactõis. Iſtd
eſt triduum quo in deſertuꝫ itur.vt deo gratũ

ſacrifitiũ offeratur. Uel ſm gloſam.turba tri-
duum dñm ſuſtinet.cum multitudo fideliũ pec
cata ſua per penitẽtiam declinans ad bonũ ſe
in opere.in locutione.et cogitatione ꝯuertit.
Inuenitur nihilominus triduũ multiplex.ſcꝫ
penitentiũ.operãtium.ꝯtemplãtium.prelato-
rum.predicatoꝝ. Penitẽtium.ꝯtritio.confeſ-
ſio.ſatiſfactio. Oꝑantium.cogitatio ſancta.lo
cutio vera.actio bona. Contemplãtium.medi
tationis.lectionis.et orationis. Prelatorũ.di-
ſcretõ in intellectu.zelus in affectu.iuſticia in
effectu. Predicatorũ.pauꝑtas.caſtitas.et obe
dientia. Quidã aũt de ꝓpe veniunt.vt qui ba-
ptiſmalem innocentiã ſeruauerũt. quidã de lõ
ginquo.vt qui poſt multa flagitia penituerũt
qꝛ quãto plus quis errauit. tãto longius a deo
receſſit. Sꝫ diſcipuli reputabant q̃ſi impoſſibi
le.ꝙ quis eos ſaturaret panibꝫ.qui nõ inuenie
bãtur in ſolitudine. Ubi moraliter notandũ.ꝙ
cũ panis aĩe ſit ꝯgnitio veri et amor boni. in
rei veritate nõ inuenitur in ſolitudine p̃ñtis
ſeculi.vñ quis eſuriẽtem aĩam paſcat et ſatia-
re poſſit. Panis em̃ veritatis mũdane ſcientie
multis ẽ admixtus erroribꝫ.qꝛ diminute ſunt
veritates a filijs hoĩm. Rurſus panis amoris
creature multas hꝫ amaritudines. Uñ Augu.
Miſer eſt om̃is animus. vinctus amicitia reꝝ
mortaliũ.et dilaniatur cũ eas amittit. Nec eſt
igitᷣ hic panis ꝯgnitionis nec amoris q̃ aĩam
nr̃am ſatiare poſſit. Et cum dñs ꝯgnoſceret di
ſcipulos hr̃e ſeptem panes et paucos piſcicu-
los.accepit eas in manus ſuas.in quo oñdit ſe
panũ ⁊ omniũ dñm ⁊ factorẽ.qꝛ in manu eius
ſunt om̃es terre.⁊ gr̃as egit deo p̃ri.a quo ſibi
p̃tas eſt.vt ⁊ ipſe quantũ de ſalute generis hũa
ni congaudeat:oñderet.et nos ad agendas deo
ſemp gr̃as:de omnibꝫ ab eo datis informaret
Deinde benedixit. in quo virtutẽ multiplica-
tionis eis dedit. Qꝛ ṽo fregit cũ dare vellet di-
ſcipulis:aꝑitionem deſignat ſacroꝝ.quibꝫ nu
triendus erat mũdus.vel etiã fregit.vt multi-
plicatõem panum ſua virtute fiendã oñderet.
In eo aũt ꝙ dedit diſcipulis vt turbe appone-
rent:eos honorauit.ſignificãs ꝙ ſpiritalis do
na ſcie tribuens aplis.per eoꝝ miniſteriũ vo-
luit eccleſie ſue ꝑ orbem vite cibaria diſtribui
Et hoc ſignatũ eſt in diſtributõne panũ vt hic
⁊ ſupra.in ſolutõne mortuoꝝ.vt ibi.ſoluite eũ
et ſinite abire.in adductione vehiculoꝝ.vt ibi
ſoluite et adducite mihi.eoꝝ em̃ miniſterio et
fit adductio ad fidem.et ſolutio ad recõciliatõ
nem.et diſtributio ad refectõem. Dedit panes
qꝛ panis eſt cibus q̃ ſuſtẽtatur vita.piſces ṽo
dedit in ꝯdimẽtũ cibi.ad oñdendũ ꝙ pani ver
bi dei addendũ eſt ꝯdimentũ boni exempli.ma
gis em̃ ſuadent oꝑa q̃ verba. Et apposuerunt
turbe.in qua appoſitõne creuerũt ꝑ noue ma
terie creatõnem.et ad illos additionẽ.non em̃
creuerunt ꝑ rarefactõnem.qꝛ tũc corpus illoꝝ
fuiſſet ſubtiliꝰ et rarius corpe alioꝝ. Uñ Aug.
Nil abſurdius q̃ dicere ꝙ aliquid creſcat nullo

ſuꝑaddito. ⁊ non rareſcat. Studeamus ḡ ⁊ nos
acceptum panē diuine ſcientie ꝑ predicatōem
alijs apponere. ne ꝑ nr̄am negligentiam in via
deſitiant et fame pereāt. Conuerſi nāqꝫ pecca-
tores in pn̄tis vite via deſitient. ſi in ſua ꝯſcie-
tia ſine doctrine pabulo ieiuni et vacui dimit-
tantur. Ne igitur laſſentur in huius ꝑegrina-
tionis itinere. paſcendi ſunt ſacra āmonitione.
Hoc ḋo inter hāc refectōem. ⁊ illā de quinqꝫ
panib̄ ⁊ duob̄ piſcib̄ diſcat. ꝙ ibi ꝑ quiqꝫ pa-
nes ſignificatur doctrina veteris teſtam̄ti. ſm̄
quinqꝫ libros moyſi. hic per ſeptē panes doctri
na noui teſtamēti. in quo plenus et reuelat̄ et
datur ſeptiformis gr̄a ſpūſſancti. Item ꝓpter
ſeptem beatitudines. et ꝓpter ſeptem ſacramen
ta. et ꝓpter ſeptem virtutes. ſ. tres theologicas
⁊ quatuor cardinales. ꝓpterea illi ordeacei iſti
triticei erant. quia delitioſior. ſapidior. et ma-
nifeſtior eſt doctrina noui teſtamēti ꝙ̄ veteris.
Ibi ꝑ duos piſces due ꝑſone que ꝓplm̄ paſce-
bāt intelligūtur. ſ. rex et ſacerdos qui vngebā-
tur. hic ꝑ paucos piſciculos intelligūtur ſācti
fluctib̄ ſeculi tunſi. qui de turbulētis fluctib̄
erepti. refectioneꝫ nobis internā exemplo ſue
vite ac ſopore mortis ac pacientie prebēt. do-
ctrināqꝫ noui teſtamenti tanꝙ̄ panē cōdiunt.
quoꝝ ip̄a ſcriptura fidem. vitam. et paſſiones
ꝯtinet. qui dicūtur piſciculi ꝓpter humilitatem
ſed pauci ꝓpter ꝑfectioneꝫ. qꝛ ſtultoꝝ infinitus
eſt numerus. et multi ſunt vocati: ſꝫ pauci ele
cti. Ibi ſuꝑ fenum. ſed hic non iā ſuꝑ fenum. ſꝫ
ſuꝑ terram diſcūbit. ad oſ̄tendum ꝙ in veteri
lege terrena ꝓmittebātur: ſꝫ in noua lege eter-
na ꝯtempni et ſubiugari docētur. qꝛ ꝯuiue no
ui teſtamēti. diuitias et delitias ac etiam ip̄am
carnē que fenū eſt calcare ⁊ relinquere iubent̄
ꝗs om̄i cupiditate carnali remota: ſpei ꝑma-
nētis firmamentū tanꝙ̄ terre ſterilitas nullo
feno interpoſito ꝯtinet. Ibi fuerūt quinqꝫ mi-
lia hoīm. iuxta numeꝝ panū. et iuxta numeꝝ
quinqꝫ ſenſuū quib̄ inherebāt. hic quatuor mi
lia qui ſignificāt ſp̄uales. ꝓpter quatuor euan
gelioꝝ ꝑfectōnem. vel ꝓpter ꝗtuor cardinaliuꝫ
virtutū: quib̄ in hac vita ſp̄ualiter viuit̄ ex-
ercitatōnem. Per quatuor etiā milia hominū
qui xp̄m ſunt ſecuti: ſignificat̄ multitudo cre-
dentiū in xp̄m. de quatuor ꝑtib̄ mundi. Erant
aūt tot exceptis ꝑuulis et mulierib̄ qui nō nu
merātur in lege. neminē em̄ dimittit xp̄c ieiu-
num: ſꝫ om̄s vult ſua gr̄a ſaturare. Ibi cophi-
nos equales diſcipl'is fecit. vt ſicut duodecim
erant xp̄i apl'i. ſic duodecim fragmētoꝝ cophi-
ni. hic ḋo panibus. vt ſicut fuerint ſeptem pa
nes. ſic ſeptem ſporte. Qꝫ aūt turbis ſatura-
tis apl'i fragmenta colligūt. et ſeptem ſportas
implent. triplici de cauſa factū eſt. Primo ꝓpt̄
miſterium. qꝛ ſunt altiora ꝑfectionis p̄cepta ⁊
ꝯſilia que ꝯmunis turba nequit ſeruādo ⁊ im-
plēdo attingere. quorū executio reſpicit viros
ſp̄uales ꝓprie. et ideo apl'i ſuſtollunt ⁊ implent
ſeptem ſportas. i. ꝑfectos ſeptiformis ſp̄us gr̄a

illuſtratos. et tn̄ turba ſaturata eſſe memora-
tur. qꝛ etſi ſua relinquere nequeūt. tn̄ audien-
do mādata ad vitam ſempiternā ꝓficiunt. Se
cundo ꝓpter exemplū. vt ea que nobis ſuꝑſunt.
vel que ieiunādo nobis ſubtrahimus: pauꝑi-
bus erogemus. Tertio ꝓpter documentū. vt ex
hoc inſtruamur. ꝙ illis qui ſunt pauꝑib̄ miſe-
ricordes bona t̄palia multiplicētur. Vn̄ datur
īntelligi ꝙ paupes magis paſcūt elemoſinarios
ꝙ̄ econuerſo. vel ſp̄ualia bona eis impetrādo. vel
bona t̄palia multiplicādo. Quis aūt vt viſum
ē. hec refectio a ſuꝑiori in pluribꝫ diſtet. tamē
vtraqꝫ in mōte celebrata ē. quia vtriuſqꝫ teſta-
mēti ſcriptura recte intellecta. altitudinē no-
bis celeſtiū p̄ceptoꝝ et premioꝝ docet. ⁊ altitu
dinē xp̄i qui eſt mons in vertice montiū ꝯſo-
na voce predicat. Conſidera nūc hic quos dn̄s
paſcere dignat̄. et quib̄ gr̄e ſue alimentū im-
ꝑtiatur. Utiqꝫ qui in deſerto eū querūt. et cū
eo triduo ꝑſeuerant. quod fit cū fideles trinita
tem credentes ac ꝯtriti et ꝯfeſſi pro pc̄tis ſuis
ſm̄ poſſe ſatiſfacientes: ſe ad deū in cogitatōe.
locutione. ⁊ ope conuertunt. ac dei bonitatem
expectātes: neceſſitate temptationis īminente
non recedunt. Quoꝝ miſeretur deus. et paſcit
eos ſeptem panib̄. i. ſeptem donis ſanctiſpiri-
tus. ne deſitiant in via mundi huius: quib̄ et
ſeptem dotes ꝑ ſeptem ſportas remanentes ſi-
gnificate: reſeruant̄ poſt hanc vitā dande. que
ſūt clara dei viſio. fruitio. tenſio ꝗtum ad ani-
mam. impaſſibilitas. agilitas. ſubtilitas. clari
tas. ꝗtum ad corpus. Unde Amb. Gratie cele
ſtis impertitur alimētum. ſꝫ quib̄ impꝛtiatur:
aduerte. Non otioſus. non in ciuitate ꝗſi in ſy-
nagoga vl' ſeculari dignitate reſidentib̄. ſꝫ in-
ter deſerta querentib̄ xp̄m. Qui em̄ non faſti-
diunt: ipſi excipiūtur a xp̄o. Diuidit ḡ eſcas do
minus ih̄s. Et ille quidem vult dare om̄ib̄: ne
gat nemini. diſpenſator em̄ eſt omniū. Sed cū
ille panes frangat. et det diſcipulis. ſi tu man⁹
non extendas tuas vt accipies tibi eſcas: defi-
cies in via. Nec poteris in eum culpā referre.
qui miſeretur et diuidit. Sꝫ his diuidit. qui cū
eo etiā in deſerto ꝑmanent. qui primo ⁊ ſecun-
do die et tertio non recedūt. Non vult ieiunos
dimittere. nec vult vt deſitiāt in via. Noli ergo
deficere a diſciplina dei. neqꝫ fatigeris cum ab
eo increparis. nō fatigeris nunc. ne poſtea fa-
tigeris Hec Ambro. Conſidera etiam vtilitatē
et parſimoniā menſe eorum. et voluptatē ſper
ne. quia inimica eſt et corꝑis et anime. Unde
Criſoſto. Nihil ita corpori inimicum ⁊ nociuū
eſt vt voluptas. nihil em̄ ita reſcindit et ſuffo-
cat. id eſt corrumpit. Et primum pedes punit.
qui portauerunt nos ad pꝛetioſa illa ꝯuiuia.
deinde manus que miniſtrāt ventri ligans. qꝛ
talia et tanta attulerunt cibaria. Multi auteꝫ
et ipſum os ꝑuerterunt ⁊ oculos et caput Hec
Criſoſto. Vn̄ et Oratius. Sperne voluptates.
nocꝫ empta dolore voluptas. De alijs ad medi
tatōnem pertinentib̄. patet ſupra in alia pa-

ſtione de quinqȝ panibꝫ. Abbuc autem hic ꝑ
ſeptem panes intelligũtur ſeptem penitentie
partes. Primus panis ē male vite ſolicita emē
datio. Secũdus vera et humilis defectuũ accu
ſatio. Tertius ↄtra exceſſum ↄmiſſũ iugis in-
dignatio. Quartus nõ relabēdi anxia trepida
tio. Quintus ãplius ꝓficiendi affectõ. Sextus
ſanctoꝝ viroꝝ imitatio. Septimus ſuorũ ma-
loꝝ et alioꝝ punitio. Iſte ſunt ſeptē ſpice pul-
lulãtes in culmo vno. Iſti ſũt ſeptē gradus in
ſcala ꝑ quam in celũ aſcenditur: ſeptē peccato-
rum mortaliũ culpa diluit̃. ſeptiformis ſpũſſã
cti grã infũditur. et virtutũ ſeptenarius acqui
ritur. Sȝ cum iſtis panibꝫ erãt piſciculi pauci
ſaltem duo. qui ſignificant timorē ⁊ amorem.
qui cum iſtis panibꝫ debēt edi. Primus piſcis
eſt timor penaꝝ inferni. et iſte capitur in aq̃s
inferni. Secũdus piſcis eſt amor ⁊ deſiderium
eternoꝝ. et iſte capit̃ in fluuio ꝑadiſi. ⁊ dicunt̃
piſciculi ñ piſces. qꝛ timor eſt ꝑuulus. eo ꝙ ho
minē paruulũ et humilē reddat. et amor rõne
ſtatus. qꝛ ꝑuus eſt reſpectu amoris futuri ſecu
li. Inſuꝑ ſciendũ ꝙ ſunt ſeptem panes miſti
ci cuiuſlibet ſtatus. ſ. incipientiũ. ꝓficientiũ. et
ꝑfectoꝝ. de quibꝫ dñs paſcit fideles ſm diuerſi
tatem ſtatuũ eorũdem. Primos ſeptem panes
beatus Bern. ꝓponit clauſtralibꝫ. q̃ gerunt for
mã incipiētium. q̃tuȝ ad initiũ ſue ↄuerſionis
Primus ē panis verbi in quo vita hoīs eſt. qꝛ
non in ſolo pane viuit homo: ſȝ in omĩ verbo
quod egredietur ex ore dñi. Et vt taceamus de
verbo vocali. q̃ deus aliq̃ñ locutus fuiſſe legit̃
moyſi. abrahe. et alijs. ſiue ꝑ angelos. ſiue ꝑ ſe.
ſiue alio modo. ad pñs dicere poſſumus. ꝙ ver
bũ egredit̃ ex ore dei dupliciter. Uno mõ ĩme
diate. qñ videlicet deus loquit̃ ꝑ inſtinctuȝ ad
cor hoīs. inſpirando ei quid facere debeat. Hoc
mõ deus loquit̃ peccatoribꝫ et hoībꝫ mũdanis.
inſtigando eos ad pniam. Alio mõ loquit̃ deꝰ
ꝑ aliquē hominē. ſ. ꝑlatum. vel p̄dicatorem. vl̃
doctorē. vel aliquem amicũ. per queȝ quaſi per
reuerendarium deus verba ſua tranſmittit ad
aures hominis. Eſt ⁊ tertius modus quo deus
loquit̃ homibꝫ. p̄cipue clauſtralibꝫ. ſ. ꝑ ſcriptu
ram. que ad omĩa recipienda ſunt ſicut verba
dei. cuius inſpiratione ſunt ſcripta ad paſcen-
dũ. videlicet legētes pane vite ſpũalis. Secun-
dus panis (ſm eũdem Bern) eſt obediētia. qui
bene comitatur primum. Quid enĩ ꝓdeſt verba
dei audire. niſi quis eis velit et ſm ea vitã ſuã
dirigere. Tertius panis eſt meditatio ⁊ hic be
ne comitatur duos p̄cedentes. Nam poſtq̃ ver
ba dei ↄmendata ſũt cordi. et eis homo ſtatuit
obedire. neceſſe ē hominē ↄtinue meditari. q̃li
ter vitam ſuam ſm dei bñplacitum diſponat.
Quartus panis ē orantiũ lacrime. qui panis
bene adiungitur precedēti. Cuȝ enĩ meditatur
peccatoꝝ ſuorũ ſarcinã. pñtis incolatus miſe-
riã. et vite eterne gloriã. ſuã imbecillitatem. ⁊
dei erga ſe bonitatē. in tali meditatõne exarde-
ſcit ignis deuotõnis. ⁊ reſoluit̃ cor in lacrimas
ↄpunctionis. et tunc recurrit ad preſidiũ ora
tionis. Quintus panis ē labor pnie. et hic pa-
nis vtiqȝ neceſſarius eſt incipientibꝫ etiã poſt
alios p̄miſſos. qꝛ (ſm Aug) nõ ſufficit mores
in melius ↄmutare et a malis factis recedere.
niſi et de his que facta ſunt. ſatiſfacias deo per
pniam. laborē. et dolorem. Sextus panis ē io-
cũda vnanimitas ſotialis. et hic bñ dicitur pa
nis. qꝛ paſcit et ↄfortat in vita ſpũali. viuētes
in ↄgregatione q̃tum ad clauſtrales. etiam vi
uētes in ↄmunione eccleſie. q̃tum ad alios in-
cipientes. Septimus panis ē eukariſtia. et de
hoc pane ſatis dicitur alibi in diuerſis locis.

Prolatis ſeptē panibꝫ incipientiũ. ↄſeq̃nter
deguſtãdi ſunt alij ſeptē ꝓficientiũ. Ubi ſcien-
dum. ꝙ (ſicut dicit apl̃s) non eſt volentis neqȝ
currētis ſȝ miſerentis dei. oportet enĩ currere
volētem in via ꝑfectus ſpũalis. totaliter inniti
diuine miſericordie. et de bonis iam preſtitis.
miſericordias dñi cum grãrumactõne iugiter
ante mentis oculos habere. et ſic ſemꝑ ad me-
liora poterit ꝓficere. Propter quod bea. bern.
omnes miſeratõnes dñi erga ſe recogitãs. re-
ducit eas ad ſeptē panes. quibꝫ eũ dñs miſeri-
cordit̃ reficere dig̃tus fuit. Et nos de eiſdē pa-
nibꝫ veſci debemꝰ. ſi in vita ſpũali ꝓficē velimꝰ
vt dicamus cũ p̄s. veniant mihi miſeratões tue
et viuã. Primus panis vel p̄ma miſcdia (ſm
Bern) ē preſuatio a multis peccatis. in q̃ inci
diſſet ſi eũ dei miſcdia nõ cuſtodiſſet. huius pa
nis (ſm eundē Bern) tria ſunt fragmēta. Tri
bus inquit modis a peccatis me memini ↄſer-
uatũ. occaſionis ſubtractõe. reſiſtēdi data ṽtu
te. ⁊ affectõnis ſanitate. Secũdus panis ē pia
dei diſſimulatio circa peccantē. qꝛ tardabat vl
tionē et indulgentiã cogitabat. hȝ et hic panis
tria fragmenta. videlicet longanimitatē quaȝ
exhibuit. electõnem p̄deſtinatõnis quã implere
voluit. et caritatē nimiã qua nos dilexit. Ter
tius panis ē miſeratio qua ↄuertit ad pniam.
Hic etiã panis habet tria fragmēta. qꝛ cor ↄcu
tit: excitãs illd̃ vt aduertat ſuoꝝ vulnera pec-
catoꝝ. et vulnerũ dolorem ſentiat. terret dedu-
cēs ad portas inferi. et preꝑata iniq̃s ſupplitia
mõſtrans. et ſpem dat indulgētie. Quartus pa
nis ē indulgentia pctõꝝ. ꝙ videlicet deus peni
tentē eũ miſericordit̃ ſuſcepit. Et hic panis hȝ
tria fragmĩta. Quia (vt dicit Bern) ſic ex toto
deus indulſit. ⁊ tãliberaliter omnē donauit in-
iuriam. vt iã nec damnet vlciſcendo qd̄ eſt pri-
mũ. nec ↄfundat improꝑrãdo. qd̄ eſt ſecundũ.
nec minus ĩputãdo qd̄ eſt tertiũ. Quintus pa-
nis ē ↄtinētia a peccãdo. ſeu virtus ↄtinēdi et
emēdatius viuēdi. ne recidiuũ pateret̃. Et hic
panis etiam habet tria fragmēta. Nã hec ↄti-
nentia habet tres oppugnatores. ſ. carnem. mũ-
dum et malignũ ſpiritum. quibꝫ reſiſtere nr̃a
virtute non valemus. ſed pane iſto diuine mi-
ſericordie confortati: habemus in domino hãc
virtutem. Sextus panis eſt gratia promerēdi
qua videlicet minꝰ bone ↄuerſationi indulget.

Quam gratiã dicit Ber. in trib⁹ maxime ↄſta
re tanq̄ fragmentis. videlicet in odio preteri-
toꝝ malorum. in ↄtemptu bonoꝝ preſentiũ. et
deſiderio futurorũ. Septimus panis eſt ſpes
obtinendi. q̄ deus donat homini indigno ⁊ pec
catori de ſua totiens expto bonitate. uſq; ad ce
leſtia ſperãda preſumere. Cuius etiã tria (ſm
Bern) ſunt fragmenta. Tria inquit ↄſidero in
quib⁹ tota ſpes mea ↄſiſtit. Caritatem adoptõ-
nis. veritatem ꝓmiſſionis. poteſtatẽ redditio-
nis. Refecti duob⁹ ſeptenarijs panum a bea
to Bern. nobis appoſitis. videlicet incipientiũ.
et ꝓficientiam. feſtinemus nũc vtcunq; guſta-
re ſeptẽ alios a ſpũſãcto nobis ꝓponẽdos. qui-
bus reficiũtur anime ꝑfectorũ. qui panes ſunt
ſeptem dona ſpiritusſancti: felix anima que his
ſaturari meruerit. Et bene hec dona nomĩe pa
num deſcribũtur. quia delectabiliter reficiunt
animam in pñti. et ſatiant in futuro. Primus
panis eſt timor domini. timor inquam filialis
nam timor ſeruilis incipiẽtium eſt. Et hic eſt
timor caſtus. quo q̄s ex timore timet a deo ſe-
parari. ⁊ ideo declinat a malo quod ↄtrariatur
deo. Sed quia oportet etiam benefacere. ſequi
tur ſecũdus panis qui eſt donum pietatis. quo
monet nos ſpũſſanctus vt operemur bonum ad
laudem dei. et ad vtilitatem omniũ primoꝝ. et
hec eſt pietas que ad omnia vtilis eſt. et proce
dit ex pio corde. quod deus tm̃ intuetur. corꝑa
lis aũt exercitatio ſcʒ ſine pietate ad modicũ
vtilis eſt. Tertius panis eſt donũ ſcientie. hoc
donum comitatur duo predicta. quia (vt dicit
Criſ) nemo poteſt cauere malũ niſi ↄgnitum.
neq; bonum facere quod ignorat. et hoc datur
per donum ſciẽtie. quo datur homini rectũ ha
bere iuditium. de iſtis inferiorib⁹ ad ↄgnoſcen-
dum. quid noxium et quid expediens ſit ad ſa-
lutem. Quartus panis eſt donũ fortitudinis.
Et bene fortitudo ſequitur ſcientiam. Nã ↄgni
to per donũ ſcientie que mala cauenda ſunt et
que bona ꝓſequenda: opus eſt ſpiritu fortitu-
dinis. quo poſſit ꝓſequi que ↄgnouit. tã in vin
cendo mala q̄ in aggrediendo bona. Hoc dono
dotati fuerũt ſancti martires. quos nulla tor-
menta poterãt ſuꝑare. Quintus panis eſt do-
nũ ↄſilij. per quod homo dirigitur q̄ſi ↄcilio a
deo accepto. in his ad que hũana ratio ñ ſuffi-
cit. Et bene ↄſilium ſequitur fortitudinẽ. quia
(ſm Greg) valde fortitudo deſtruitᷣ. niſi ꝑ ↄſi-
lium fulciatᷣ. quia quo plus ſe poſſe cõſpicit. eo
virtus ſine moderamine in p̄ceps ruit. ⁊ mens
que intus ſedem ↄſilij perdidit: foras ſe ꝑ deſi-
deria innumerabiliter ſpargit. Sextus panis
eſt donũ intellectus. et iſtud donũ ſequitᷣ donũ
ↄſilij. et duo bona facit in anima. Primũ quia
illuſtrat intellectum ad ſane capiendũ ↄſiliũ
ſpũſſancti ſpeculatiue. Secundũ quia depurat
affectũ ad agendum practice ↄſultum. Septi-
mus panis eſt donũ ſapientie. quod ſequitᷣ do-
nũ intellectus. et omnia dona alia que ſine ſa-
pientia nihil ſunt. Sapiẽtia eſt ↄgnitio ſuaui-
tatis diuine per experientiam habita. Vñ di-
citur ſapientia quaſi ſapida ſcientia. Nam per
donũ ſapiẽtie iuuatur homo nõſolũ ad ↄgni-
tionẽ diuinoꝝ ſed etiam ad guſtatõnem eorun-
dem.

Oratio.

Domine ihũ xp̃e miſerere ſuꝑ turbã pe-
nitentiũ et incipientiũ. iuſtoꝝ et ꝓficiẽ-
tium. ꝑfectoꝝ ⁊ ↄtemplantiũ. ꝑ tribuũ
ↄtritõnis. ↄfeſſionis. ⁊ ſatiſfactõnis. ꝑ victoriã
mundi carnis et dyaboli. ꝑ viſionem corꝑalem
ymaginariã et ſpũalem. expectantiũ veniam.
grãm et gloriã. Refice primos ꝑ diſcretã ſoli-
citudinẽ. cautelã. indignatõem. timorẽ. deſide-
riũ. emulatõnem. ⁊ vindictam. Refice ſecũdos
ꝑ ſpiritũ timoris. pietatis. ſcientie. fortitudis.
conſilij. intellectus. et ſapientie. Refice tertios
per tres anime et quatuor corꝑis dotes. in pñ-
ti quidem ſpe. que ſuꝑexcreſcat in ſeptem ſpor
tas in futura beatitudine Amen.

De fermento cauẽdo et ceco bethſaide illu-
minato. Capitulum .LXXXXII.

ET poſt miraculũ de pa-
ſtione oñſum. dimiſſa turba ſtatim
aſcendit ihs cum diſcipulis in na-
uiculã. fugiens turbe applauſum ⁊
reuerentiã. et vt a turba remotus doctrine va
caret diſcipuloꝝ: dans in hoc nobis ſimile fa-
ciendi doctrinã et exemplũ. Et venit in fines
ſeu ꝑtes magedan ſeu dalmanicha. quod ſcdm
Aug. idem eſt ſm rem. et eadem terra dupliciẽ
vocata. Sʒ ſm alios ſunt due regiones diſtin
cte: ſʒ in extremitatib⁹ ↄiuncte. et ideo exiſtẽs
in ↄfinio vtriuſq;. dr̃ eſſe in fine iſtius vel illi⁹.
et in tali loco erat ihs. Et acceſſerunt ad eũ nõ
tanq̄ deuoti et ſimplices vt addiſcerẽt. ſed tan-
q̄ inuidi et inſidiãtes vt ipm temptarẽt. phari
zei et ſaducei temptãtes. ſ. ſi poſſent eũ caꝑe in
aliquo. et rogauerunt eũ vt oñderet eis ſignũ
de celo: declarãdo. ſ. tempus ſui aduẽtus ex ali-
quo celeſti ſigno. Ac ſi dicant. Si de celo veni-
ſti. ꝓba in hoc q̄ ſigna de celo oſtẽdas. Ubi ad-
uertendum q̄ aliqui ſcribe ⁊ pharizei. obmiſſo
ſtudio legis et ꝓphaꝝ. ſtudebant in aſtrologia.
vñ et vſq; hodie aliqui eoꝝ in hoc ſũt valde cu
rioſi. et q: aſtrologi aliqñ ꝑ ↄſideratõem aſtro-
rũ. volũt iudicare de inchoatõne legũ et ſecta-
rum diuerſaꝝ. ideo iſti ꝑ aſtra volebãt p̄noſti-
care de aduentu xp̄i. qd̓ erat impoſſibile. q: ad
talia non ſe extendit virtus celi. licet ſe exten-
dat ad p̄noſticandũ de futura diſpoſitõne aeris
vt ſiccitate. ⁊ pluuia. ⁊ h⁹. Uel ad ↄgnoſcendũ
ipm eſſe xp̄m in lege ꝓmiſſum. petebãt de celo
ſignũ maieſtatis ſue. vt fulgura ⁊ pluuias. vel
huiuſmõi ſimile. vel qd̓ in exemplũ Moyſi. mã
na celitus emiſſo: omnẽ populũ reficeret mul
to tempore. vl̓ q̄ ſolẽ ſtare faceret ſicut Joſue.
vel retrocedere ſicut Iſaias. vel q̄ daret ignem
de celo ſicut Helyas. Dñs ꝟo reſpondens ⁊ eos
redarguens: ait. Facto veſpere dicitis. i. aliqd̓
de futura temporis diſpoſitione predicere per

ꝯſideratōnem celi poteſtis. videlicȝ ſerenū erit
rubicundū eſt enī celū.q: talis diſpoſitio in ve
ſpere frequēter eſt ſignū ſerenitatis future.li-
cet impediat q̄nq̄ȝ. et mane.ſ.dicere poteſtis.
hodie tempeſtas erit.rutilat enī celū.q: hoc vt
plurimū eſt tempeſtatis ſignū.Et eſt rō talis.
Ex ſignis celi in quib' nō eſtis edocti:ſcitis iu
dicare tp̄a.p̄noſticādo de ſerenitate vel pluuia
multomagis ex ſcriptura legis.et ꝓphetaꝝ in qua
eſtis edocti.debetis cogitare me eē xp̄m ab eis
ꝓmiſſum.Uñ ſequitur arguitio eoꝝ.Facieȝ ḡ
celi.i.diſpoſitōem aeris diiudicare noſtis:p̄no
ſticādo d̄ futuris ꝑ ſigna.que tñ ſūt fallibilia.
ſigna aūt tp̄m ſcȝ aduētus mei a ꝓphis p̄dicta.
a me in effectu exhibita (primus enī ⁊ ſecūdus
aduētus xp̄i ſunt q̄i duo tp̄a)ñ poteſtis ſcire.
facultateȝ vobis hereſi et inuidia auferēte.Ex
dictis enī ꝓpharū et viſis miraculis que nemo
alius feciſſet:ſaluatoris aduentū cognoſcē de-
buerūt.et iuſte iudicare.q̄ ip̄e eſſet xp̄c in le-
ge ꝓmiſſus. Moralit̄ hic rep̄hendit dñs iſtos
qui ꝑ ſigna apparētia in celo que ſunt fallibilia
de futuris iudicabant.et ex his que hēbant in
ſcripturis de xp̄o.que quidē ſcripture ſūt infal
libiles iudicare neſciebāt.⁊ ſignificāt illos qui
de factis alioꝝ ſe intromittē volunt.et de ꝓprijs
ꝯſciētijs in quib' poſſent legere: nō iudicant.
Uñ Hiero.Uix inuenies qui irrep̄henſibilē vi-
tam ſuam exhibere velit.vt libēter nō rep̄hen-
dat alienā.tanq̄ huius mali libido mentē ho-
minū inuaſit.vt etiā qui procul ab alijs vitijs
receſſerīt.in illud tamē quaſi extraneū laqueū
diabolū incidant.Iſtud etiā dicitur ꝯ illos.q̄
ſoliciti ſunt futurā aeris vel aliaꝝ reꝝ qualita
tem ꝯſiderare.et de tempore ſue mortis vel fu-
turi iuditij nolūt cogitare.Sȝ (vt dicit Aug)
Laudabilior ē animus cui nota ē infirmitas
ꝓpria.q̄ qui celoꝝ ꝯſtellatōnes ⁊ terraꝝ funda-
mēta ſcrutat̄. Moraliter veſꝑ eſt hoīs ſene-
ctus mane iuuētus.rubor eſt feruor caritatis.
ſerenitas trāquillitas mētis.Qñ ḡ in mane iu
uētutis rubet celū:ſignū ē future tribulatōis.
Uñ in eccleſiaſtico.Fili accedens ad ſeruitutē
dei.ſta in iuſticia et timore.et prepa animam
tuā ad temptatōnem.Quando ho in ſero et in
fine rubet caritas:ſignum eſt ſerenitatis futu
re.que ſequit̄ tempeſtateȝ.Uñ in thobia.Poſt
tempeſtatē tranquillū facis.⁊ in ſalomone ex-
trema gaudij luctus occupat et ecōuerſo.et in
iohāne.triſticia vr̄a vertet̄ in gaudiū.Simili
ter quādo eſt ſerenitas ꝓſperitatis in vita p̄nti
ſignū eſt pene et tempeſtatis in vita futura.et
ecōuerſo quādo eſt ſerenitas in veſpe ⁊ tarde.ſ.
in vite fine:ſignū eſt ſerenitatis et ꝯſolationis
vite future. Et dominus ingemiſcens ſpiritu.
quia ſicut de hominuȝ ſalute letatur.ita ſuper
eoꝝ dolet errorib':ait. Generatio mala quo ad
moꝝ ꝑuerſitatem.et adultera quo ad fidei vio-
latōnem.rcedens a deo vero ſponſo animaꝝ ꝑ
infidelitatē:ſignū querit quo ad maieſtatis iu
dicatōnem.et ſignum non dabitur ei niſi ione

ꝓphete.i.ſignum infirmitatis.de quo p̄s.dicit.
fac mecū ſignum in bonū ⁊c̄.hoc enī eſt ſignū
paſſionis.ꝑ quod om̄is homo ē adiutus ⁊ ꝯſo
latus.Simile habes ſupra.vbi plura de hac vi
deas materia. Et tanq̄ obſtinatos relinq̄ns
phariſeos et ſaduceos quo ad corp̄is p̄ntiam ⁊
gr̄e effectum. et aſcendēs iteꝝ nauem cū diſci-
pulis ſuis. abijt ab illis tranſfretū.i.vltra ſta-
gnum genezareth.relicto ſtrepitu mūdano.Et
cum veniſſent diſcipuli trāſfretum.obliti ſunt
panes accipe.i.fragmenta panū ſeptem ſpor-
taꝝ.et non habebāt niſi panē vnum.Cauſa aūt
huius obliuionis potuit eſſe m̄ltiplex.vna ꝓ-
hibitio ſolicitudinis de craſtino.alia occurſus
paupeꝝ quib' reliquias dimiſerūt.tertia ſpes
de domino.q: iam viſis miraculis certi erāt q̄
nihil eis deficēt.quarta interna dulcedo vnius
et veri panis.hñtis in ſe om̄e delectamentum.
quē ſecū habebāt.illo enī capti de exteriori pa
ne non cogitabāt.Uñ Beda.Unus panis quē
ſecū habebāt in naui.miſtice ip̄m panē vite do
minū videlicet ſaluatorē deſignat.cuius amore
quia ſemꝑ intus refitiebātur in corde.nimis d̄
terreno pane quo corpus paſci ſolet:curabāt.
hec Beda.In quo oñditur in eis feruor ⁊ deſi
deriū ſuꝑne doctrine.et ꝯtemptus delitiaꝝ mū
di huius.cū etiam circa vite neceſſaria.parū
fuerūt ſtudioſi.et eoꝝ deuotio ad p̄ntiam xp̄i.
q: ſic inſeꝑabiliter adherebāt ei.q̄ neceſſaria
vite fuerāt obliti.et q̄ modicā carnis curā ha-
bebant in reliq̄s neceſſarijs.qui nec viaticum
ſumpſerūt intentione dominici comitatus.Uñ
Remigius.Tanto enī amore mg̃ri detinebant̄
vt nec etiam ad punctū vellent ab eo recedere.
Aīaduertēdum eſt ḡ.quātuȝ alieni eſſent ab
appetitu delitiaꝝ.cum tāparuā haberēt de ne-
ceſſarijs curā.vt etiā obliti ſunt panes accipe
ſine quib' hūana fragilitas ſubſiſtere non p̄t.
hec Remi.Hoꝝ ḡ diſcipuloꝝ exemplo.⁊ tu ma
gis cura de cibo mentis q̄ ventris.et magis de
v̄tute animi q̄ viatico corp̄is.Nā (ſm Criſo)
hoc loco virtutis poſſeſſio:omnē triſticiam et
ſolicitudinē expellit.ac leticiā et ſpem magnā
īmittit.deoq̄ȝ et hominib' acceptabiles facit.

Et dixit eis ih̄s. Intuemini ꝑ diligētem ꝯſi-
deratōnem mētis.et cauete ꝑ fidei puritateȝ.a
fermento.i.a corruptione et doctrina corrum
pente pharizeoꝝ et ſaduceoꝝ.fermentum enī
quādoq̄ȝ ꝓpter correptionē ſignificat doctrinaȝ
malā.vt hic.q̄nq̄ȝ ꝓpter calorē incluſū ſignifi-
cat feruorē fidei vt ſupra.et a fermento ⁊ cor-
ruptione herodis.ſ.prauis morib'.Et ſic habe
tur triplex fermentū.Primū ſaduceorū.q̄ di-
cūt nō eſſe reſurrectōeȝ.neq̄ȝ angelū.neq̄ȝ xp̄m
ꝓphetas ſpernūt.ſpe preſentium deo ſeruiunt.
Secundū pharizeoꝝ.qui decreta legis diuine
traditōib' hoīm poſtponūt. legem p̄dicāt ver-
bis.⁊ impugnant factis.in quoꝝ doctrina duo
erant.ſcȝ peruerſitas doctrine.et ſimulatio vi
te.Tertium eſt herodianorum.quod eſt adulte
riū.homicidium.temeritas iurādi.ſimulatio

religionis. Primum ē erroris. ſecundum ſimulationis. tertium praui moris. Primū corrumpit ratōnem. ſecundū intentōnem. tertiū operatōnem. De his tribꝰ dicit apoſtolus. Non in fermento veteri q̃tum ad primum. neq̃ in fermento nequitie q̃tum ad ſecundum. et malitie q̃tum ad tertiū. Uel ſm quoſdā fermentū herodis vocat etiam doctrinā corruptiuā herodianoꝝ dicentiū herodem xp̄m. Iſti herodiani ſm eos fuerunt quidā iudei. fingētes quandā ſectam nouam. dicētes de herode aſcalonita q̄ erat meſſyas: moti falſo intellectu illius quod dicitur in geneſi. nō auferetur ſceptrū de iuda ꝛc̄. Ubi dicit̄. q̄ ablatio regni a tribu iude. erat ſignū aduentus meſſye. Iſte aūt herodes obtinuit regnū illud. cū tn̄ alienigena. quia pater eius fuit ydumeus. et quia meſſyam ꝑmiſſum intelligebant illi regnare tp̄aliter. nec videbāt alium tunc regnare in iudea niſi herodem. ideo dixerūt eum eſſe meſſyam. cum tamen ꝓphetia iacob predicta. eſſet ſm veritatem de xp̄o tempore herodis nato intelligenda. Ab his ergo omnibus monet diſcipulos cauere. ne in his cōſentiāt. vel hec in eis approbādo vel in his eos imitando. Non enī viuendum eſt in fermento veteri q̃tum ad ꝑuerſam doctrinam. neq̃ in fermēto malitie q̃tum ad moꝝ prauitatē. et nequitie q̃tum ad ſimulatā iuſtitiam: ſed in azimis ſinceritatis quo ad vitam et intentōnem. et veritatis quo ad doctrinā. At illi. ſ. diſcipuli dictum domini intelligentes de pane fermentato ꝛ materiali. cogitabant intra ſe dicētes quodā occulto murmure. quia hoc ideo dicit. quia panes non accepimus. nō vult q̄ de pane pharizeoꝝ fermentato accipiamus. Putabant enī ſe eſſe tacite notatos de panum obliuione. et q̄ ad lr̄am de pane fermētato loqueret̄. ne ab eis acciperent. eo q̄ panes ſecū non accepiſſent. Errabant apl̄i in duobꝰ. quia et de panū defectu dubitabant. eo q̄ panes non attulerant. ꝛ quia verbum dn̄i d̄ fermento ad lr̄am capiebāt Primo ergo arguūtur de primo. ſ. q̄ timebāt panis defectū materialis. Sciens enī ih̄s cogitatōnes eoꝝ tanq̄ deus: arguit eos de fidei modicitate. quia eo p̄ñte ꝛ cum eo timebant poſſe egere: dicēs. Quid cogitatis modice fidei. quia panes non habetis. et me dixiſſe de panibꝰ terrenis de quibꝰ dubitare nō deberetis. Panem vite que eſt cauſa omniū panum ſecum habebant. et ideo de panū defectu dubitare non debebant. Hoc aūt (ſm Criſo) dominus facit. vt ſolicitudinem eſcaꝝ ab eis abijtiat. Quaſi diceret. Ex factis meis precedentibꝰ ꝛ doctrina debetis ſic eſſe illuminati. q̄ verbū meum intelligeretis non de pane materiali. quia de hoc poſſum vobis ſuffitiēter prouidere. Quod probat duplici exemplo. in quo magnā multitudinē ſatiauit paruo cibo. Unde ſubdit. Nondum intelligitis. ſ. miſterium. Nam ſi per panes intelligitur doctrina ſana: neceſſario per fermentū intelligitur corrupta. neq̃ recordamini ſcilicꝫ virtutis in multiplicatōne panum. vnde ſequitur quinq̃ panum. ſ. diſtributoꝝ in quinq̃ milia hominū et quot cophinos ſumpſiſtis de reſiduo. neq̃ ſeptem panū. ſ. diſtributoꝝ in quatuor milia hominū. et quot ſportas ſumpſiſtis fragmentoꝝ. Reducit eos ad memoriam miraculorum de quinq̃ et ſeptem panibꝰ. vt confidant q̄ ipſe paſcet eos qui pauit turbas. Quaſi diceret. Non ē vobis timēdum. cum de tā paucis panibus tantas feci habundare reliquias. Unde Criſ. Per hoc in memoriam eis reducit ea que preterierūt. et ad futura attentiores facit. Deinde arguūtur de ſecundo. ſ. q̄ habebāt defectum intellectus ſpiritualis. cum dicitur. Quare nō intelligitis ſcꝫ quia non de pane dixi vobis? Quaſi diceret. non eſt vobis dubitādū de pane materiali. quia ita poſſum eū multiplicare ſicut vidiſtis. nec de illo ego ſolicitor nec loquor vob. ideo potius de alio pane ꝛ fermento intelligere debuiſtis. ſ. doctrine ꝑuerſe. que more fermenti ſe veri panis ſubſtantiam ſimulat habere: ſed reuera totam ſubſtantiam eius cui admiſcetur: corrumpit. et ad ſaporē ſuum trahit. Hoc eſt de quo apl̄s dicit. Modicum fermentū totam maſſam corrumpit. Ab iſto ergo ſicut a nociuo cibo ſumme eſt cauendum. Unde Amb. Cibus corporalis nociuus cum magna ſolicitudine cauetur. quanto magis ſpiritualis? Tunc intellexerunt. quia non dixerit cauendum a fermēto panum ſcꝫ materialium: ſed a doctrina phariſeorū et ſaduceorum. que ratione predicta vocatur fermentū

Et venerunt bethzaidam vbi cecum ei adducunt: rogantes vt illum tangeret et firmiter credētes q̄ ad tactum eius ſanus fieret. Et apprehenſa manu eius: eduxit eum extra vicum id eſt extra vicinitatem et tumultū malorum. Et expuēs in oculos eius impoſitis manibꝰ ſuper oculos: interrogauit eum ſi quid videret. Et aſpitiens. id eſt aſpicere incipiens: ait. video homines velut arbores ambulantes. Non enī diſtinguere poterat liniamenta humanoꝝ corporum. videbat obſcure corpora eorum moueri de loco ad locum. et poſtea ꝑfecte illuminauit eum. Nam iterum manus ſuper oculos eius īpoſuit. et clare omnia vidit. Per hoc arguitur ignorātia diſcipuloꝝ facto. q̄ ipſis preſentibus illuminauit cecū primo imperfecte. et poſtea perfecte. Certum eſt enim q̄ xp̄c poterat eum ſtatim perfecte illuminare: ſed per talem modum voluit facere. vt deſignaret diſcipl̄os adhuc in p̄te obſcuratos caligine ignorantie. et ad clare intelligendum indigere maiori illuminatōne. Unde ꝛ poſt reſurrectōnem ſuam aperuit illis ſenſum. vt intelligerent ſcripturas. Alij dicunt illuminationē huius ceci ſucceſſiue factam. ꝓpter paruitatem fidei huiꝰ ceci et offerentium ipſum xp̄o. et poteſt eſſe q̄ iſta cauſa et predicta ꝯcurrerunt ad iſtum effectum in ipſo. Per hoc etiam ſig̃tur q̄ dominus aliquando dat ſuam gr̄am augmentando

prius datam. Et mittens illum in domum ſuā iuſſit vt nemini diceret ad vanitatis iactantiam. vt mundi gloꝛiam nos doceret fugere. ſed tamen dicere poterat ⁊ debuit ad predicatōem laudis diuine. Hoc nondū intelligunt. qui oīa opera ſua vt ab hominibꝰ videantur: faciunt. De quibꝰ dominus ait. receperunt mercedē ſuā Ne ergo hic recipias mercedem et recipiendo perdas eternā: vitioſitatem tuam potius enarra ꝙ̄ virtutem. exemplo apoſtoli: dicentis. qui fui blaſphemus et ꝑſecutus ſum eccleſiam dei. Unde Aug. Uis virtutes tuas augeri prodere noli. fuge videri quod eſſe meruiſti. Quod manifeſtādo potes amittere: tacēdo cuſtodi. Ubi Beda. Cuncti qui a domino curātur languores: ſpiritualium ſunt ſigna languorū. quibus anima per peccatum eterne morti propinquat Sicut enim in ſurdo ⁊ muto a domino ſanato ſanatio mentis inſinuatur eoꝝ qui neqꝫ audire verbum dei neqꝫ loqui nouerant. et moꝝ in refectione turbe eſurientis que dominum ſecuta fuerat: ſuauitas figuratur illa. qua diligentium ſe et querentium ſolet corda nutrire. ita et in hoc ceco paulatim curato a domino: illuminatio deſignatur cordium ſtultoꝝ ac lōge a via veritatis aberrantium. Rogabant autem eum vt illum tāgeret. ſcientes quia tactus domini. ſicut leproſum mundare. ita etiaꝫ cecum illuminare valeret. Tangimus autē dominum nos. cum ei fide integra et ſincera adheremus. tangit nos. cū mentem noſtram afflatu ſui ſpiritus illuſtrat. atqꝫ ad cognationem nos ꝓprie infirmitatis. ſtudiumqꝫ bone actōnis accēdit. Apprehendit manum ceci vt euꝫ ad executōem bone operationis ꝯfortet. Eduxit extra vicum vt a vita vulgari ſegregatus voluntatē ſui cōditoris qua illuminari meretur: liberius ſedulo corde ſcrutaretur. Quiſquis enī lumen eternitatis videre deſiderat. non exempla turbaꝝ: ſed ducatum neceſſe eſt ſemper ſui redemptoris ſequatur. Ideo autem cecum hūc paulatim et ñ repente curat. quē moꝝ vno verbo (ſi vellet) poterat curare. vt magnitudinem humane cecitatis oſtēderet. que quaſi pedetemptim. ⁊ per quoſdam ꝑfectuum gradus. ad lucē diuine viſionis ſolet peruenire. Sputum quippe ab intus de capite domini ꝓcedit. manus vō ſūt mēbra corporis exterius poſita. Expuēs ergo in oculos ceci: dominus imponit manus ſuas vt videat. quia cecitatem generis humani. et per inuiſibilia diuine pietatis dona. ⁊ per exhibita foris ſacramenta aſſumpte hūanitatis abſterſit. Qꝫ autem eum in domum ire precepit. miſtice admonet omnes. qui ꝯgnitione veritatis illuſtrantur vt ad coꝛ ſuum redeant. et quantū ſibi donatum ſit: ſolicita mente perpendāt. donatis collatiſqꝫ ſibi beneficijs digna opeꝝ executione reſpondeant. Qꝫ vō eum ſicut et multos alios quos ſanauit: ſanatōnem ſuam ſilentio tegere iubet. exemplum ſuis tribuit. ne de his que faciunt mirādis: fauorem vulgi requirant. ſed diuinis tm̄ aſpectibus. vbi et merces reſtat: ſint placere ꝯtenti Hec Beda. Oratio.

Domine ihũ xp̃e fac mecum ſignum infirmitatis et paſſionis tue in bonum. vt inde per te me adiutum gaudeam ⁊ ꝯſolatū. O panis vite da mihi ſemꝑ tuo amore refici. vt minus ſoliciter de pane vel quocunqꝫ ſolatio temporali. Da mihi vt a fermento peruerſe doctrine ac ſimulate iuſticie et actionis praue caueam. et in his nec actiue nec paſſiue te offendam. O ſplendor paterne gloꝛie. illumina coꝛ meum lumine tue gratie diuine. meqꝫ ō omnibꝰ erroꝛibus et laqueis erue. ac dirige in viā veritatis ⁊ iuſticie. ac ſalutis eterne Amē

¶ Laus enti in diuinis!